



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Brachia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

In sensu amœniore etiam id applicatur vano mundi clienti religiosum statum pœnitentiæ causâ ingresso.

Brachia.

*S*levavi super pupillum manum meam (ei nocui) etiam cùm viderem me superiorem. *Humerus meus à junctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Job 31. Felix Judex & quivis alius, qui ità in veritate contestari potest, se proximo non nocuisse. *In gladio suo non possederunt terram* (Israelitæ Palæstinam) *& brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, & brachium tuum.* Ps. 43. Hoc benè observa, qui per desertum mundi hujus ad terram promissionis ad cælum, non obstantibus tot hostibus, animæ prædonibus, te speras perventurum. Maledictus qui confidit in homine, in se ipso, in brachio carneo. Illi soli innitere, *qui fecit potentiam in brachio suo.* Luc. 1. Et cujus fortitudo nec decurtata est, nec decurtari potest. *O Domine, semper de me dic: Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.* Ps. 88. Brachium mulieris ad blandiendum id extendentis cavebo, & brachium meum ad illicita aliena non extendam. *Esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.* Is. 33. *Brachia peccatorum conterentur, confirmat autem justos Dominus.* Ps. 36.